

W C
542



H. 67

J
N
D
Ber
Mi

Und

Cu



A. 6740

Illustrissimo & Celsissimo Principiae Domino,

DOMINO

JOHANNI ER-
NESTO JUNIORI,

Duci Saxoniae, Juliae, Cliviae, &
Bergae, Landgravio Thuringiae, Marchioni
Misniae, Comiti Marchae & Ravensburgi, Domino Raven-
stenii, Academiae Jenensis Rectori Magnificentissimo,
Domino suo Clementissimo,

*Undecimam Magistratus Academici prorogatio-
nem & publicam renunciationem, qua facta
die 5. Augusti A. O. R.
clō lo cxiii.*

Cum bonis omnibus subjectissimè gratulan-
tur cives Academiae Jenensis infra scripti.



J E N Æ

TYPIS HENRICI Rauchmauls.





I.

PARODIA HORATIANA

ex lib. II. Carm. Oda. XIIX.



Non olor, neq; incluta
 meâ triumphat in domo Poësis,
 non aves, Homericæ (ctos
 canunt triumphos ultimâ redit-
 Graciâ, neq; Æaci
 ignotus hospes regiam occupavi,
 nec bonum carmen mihi
 dictant benignæ jam satis sorores:
 At fides & ingenium
 parata mens est, pauperemq; dives
 hæc levat, nihil supra
 Divi reposcunt, nec suum clientem
 largiora flagitant
 satis faventes unica Thalia.
 Edocet dies diem,
 novasq; pergit apparare curas,
 SAXONUM DUCUM pie,
 Rector ut locas fœnus, & parentis
 sat memor struis domum, &
 Vias laboris ad decentis urges.

summo-



summovere crimina
magis locuples mitigante dextrâ.
Quid? quod usq; noxios
recidis agris surculos? Et ultrò
limites clientium
beas favore? Pellitur feroces
in sinu ferens dolos
malasq; culpas sordidosq; mores.
Grata certior tamen
felicитatis sine destinata
aula Principem manet
suum. Benè ultrà tende, magna virtus
Principi recluditur,
regumq; sanguini, nec Jova captis
provido pium genus
relinquit anceps numine, hic serenum
Principem atq; Principis
mollit pericula, hic levare functum,
Principem laboribus
vocatus ambit, Et paratus audit.

Acad. p. t. ProRector

M. Thomas Sagittarius,

Prof. publicus.

A 2

Dum




II.

Dum tibi nostra suos submittit curia fasces,
 Rectoremq; suum gratanti voce salutat,
 Et sua conscripti, Dux inclyte, munera Patres
 Certatim, mentisq; piæ bona signa, reponant.
 Quos inter patrisq; tui cum munere vivam,
 Ingratus merito; si tanti oblivio facti
 Me caperet, votumq; meum vel deside lingua
 Tardarem; placeant modo quæ conamur honestè.
 Gratulor ergò tuis, quæ nunc dant tempora, sceptris
 (Nam restat breve, quo te Princeps optime magnis
 Ornatum titulis Patriæ virtutis ad aram
 Enthea mens statuet, satis est, feliciter opto)
 Quæq; tua ut præsens moderari dextera possit,
 Te reducem nobis sistas, seu regna Britanni,
 Gallica seu teneant, voveo, neve ulla morentur
 Extera, de populo satis est curasse fideli.

V. Celsitudin. obsequentissimus

Dominicus Arumæus D.



III.

Inclyta Saxonie proles & nobile germen
 Jan-Erneste, iterum quod nostri suscipis absens:
 Inq; locis versans peregrinis sceptræ Lycæi,
 Gratamur merito; totoq; ex corde precamur:
 Te Deus incolumem servet, tua facta secundet,
 Atq; suis tandem latum conjungat is idem.

Debitæ subjectionis Ergò

Philipp. Jacobus Schröter M.D. & Prof. pub.

IV.

AN-ER-NE-STE domus ô Saxonicæ inclyta
pubes

Cui Deus & Charites omne dedere decus,
Quanquam sis genitus de principe sanguine Princeps

Quanquam virtutum Principe laude nites;

Quanquam ditavit te terrâ diva Ducali

Sors, populosq; simul sub tua sceptrâ dedit:

Attamen hæc tua mens illustri flamine flagrans,

Per procul abjunctos gestiit ire locos,

Trans Rhenum sequanam ac Ararim, Rhodanum ir-

Per juga per sylvas: Cura tibi una fuit. (requietum

Explorare Ducum, Regum quæ gesta, decusq;

Regnorum casus, jura labor, studium.

Rectè: Sumtibus haud parcat, nulliq; labori

Mercator currens per mare, per scopulos

Dum modo lucretur multum, nummisq; gravatos

Jam dives loculos perferat in patriam

Sic etiam heroum artes, virtutum & tibi merces

Jure paras oras Franciadas peragrans.

Scilicet ut virtute regas, & legibus æquis,

Stet tua & increseat publica resq; salus.

Vivat virtutis vivat sectator avitæ

Hoc duce quo vivant nostra Lycæa Ienæ.

Hæc properè eveniant, humilis mea Musa precatur

Et figit genibus basia digna tuis.

Humilime subjectionis ergò

Antonius Varus Med. D. & Profess. Jenæ.

V.

Vndecimùm tibi dum, DVX INCLYTE, SA-
LA Lycei
Defert imperium, solus ego taceam?

A 3

Non

*Non faciam, licet haud faveat mihi dexter Apollo,
Et, dare si nequeo Carmina, Vota feram.*

CHRISTE Dei fili, cui pontus servit & aether:

Cui paret quidquid maximus orbis habet:

Incolume hoc nobis serva caput: omnia fausto

Da cedant cursu: sit procul omne malum:

Sit voti compos: speratum deniq; portum

Navita pertingat, sitq; PATER PATRIÆ:

Cujus didatur spaciosum fama per orbem:

Quem pia posteritas tempus in omne colat.

Subjecta animi devotione scripsi

Zacharias Brendel, Med. D.

& Profefs. publ.



VI.


EXtera dum lustras, Princeps Celsissime, regna,
JAN-ERNESTE, tui nos pius urit amor.
Urit amor justus, nam te quis amare recuset
Tam blandum Dominum; tantaq; dona
Egregiam virtus laudem vel in hoste meretur; (tua?
Principis & virtus optimi amore vacet?
Jure ergò UNDECIMUM modò Clementissime Prin-
Sceptrum decernunt nostra Lycæa tibi. [ceps,
Jam decies gessisti illud cum laude, capeffas
Hoc quoq; te petimus, non renuente manu.
Matura reditum, glaciem ventosq; nivales
Heu fuge, ne lædant mollia membra, precor,
Te reducem nobis faciat DEUS, optime Princeps,
Patria quod mecum tota precatur idem.

*M. Johannes Zölner, Professor
ac Philosophicæ Facultatis Senior.*

Qui



VII.


*Vi Rhodanum Ligerimq̄, bibis, qui rura pererras
 Cristatis habitata virus mitissime Princeps,
 Qui poteris, quaso, tantis ERNESTE locorum
 Submotus spaciis nostri veneranda Lycei
 Sceptra tenere manu, dare juraq̄, civibus absens?
 Cur nequeas causa nihil est: tua semper imago
 Salanis aderit Musis: tua MAIOR obibit
 Munia, quo Major nemo, meliorq̄, virorum,
 Quos ô Sala Pater, quos ô Spumose Vierra
 Hercyniaq̄, nemus, Semanaq̄, sylva coherces.*

*Jane redi nobis Erneste, revertere nobis,
 Ad Patriosq̄, lares remea, quos nuper inundans
 Ilmus inauditæ propè vi submersit aquai.*

*Te redeunte domum venti sua flamina ponent,
 Et puris fluet Ilmus aquis, & arundine glaucum
 Sala caput vinctus tumidas moderabitur undas.*


*Jane redi nobis, Erneste revertere nobis.
 Sub te secla dabat. Patriæ Deus, aurea secla,
 Quæ sub Landgraviis olim fluxere, paternum
 Qui genus à Francis priscum duxere colonis.
 I Felix, felixq̄, redi, Fratrumq̄, Phalangem,
 Cui similem nunquam vidit Germania, comple.*

Debitæ subjectionis ergo

M. Wolfgangus Heider.



VIII.


*Væ vota dedicavit,
 Versu calentiori
 DECIES cliens-Camœna
 Duci pio; quid obstat.*


Quin

Quin Musa tenvis isthæc
 Repetat minore versu?
 Duci Dialis aura
 Sit dux reduxq; , salvus
 Quò sceptrâ gestet; atq;
 SAPIENTER auspicietur,
 Quæcunq; digna sceptro:
 CONSTANTER exequatur,
 Quæcunq; grata JHOVÆ.
 Hæc Summa! at unicum addo:
 PROSPERRIMAS VIALES.


Deb. devotaq; subjectionis ergò

M. Balthasar Gualtherus

S. Lingg. Profess.



IX.


*Vi gemitus & vota Deus contemnere nescis
 Da precor & fusas pondus habere preces.
 Ipse Scholæ fascēs dextra moderare potenti,
 Et bonus avertas, quæ nocitura putas.*

*Numine Rectoremq; tuo rege Rector olympi,
 Duxq; chori nostri ducq; reducq; ducem.*

*Fac pietas, justiq; decus floreat apud nos,
 Salanamq; beet semper amica salus.*

*Fac oculos curesq; suo benè munere fungi,
 Gloria quò crescat nominis ampla tui.*

*Quæ tua dextra Deus plantaria fovit in hortis
 Conseruet nostris hæc tua dextra Deus.*


Johan. Major, D.

F I N I S,





sat n
S A
larg
hac
At
nec
Gra



IANA
XIX.

lomo Poësis,
(ctos
ultimâ redu-

avi,

orores:

q₂ dives

clientem

ia.

ras,
pie,
arentis

tes.

summo-



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Kodak
LICENSED PRODUCT
Black

KODAK Color Control Patches © The Tiffen Company, 2000

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black